

S. NICETIVS MARTYR.



S Nicetius eruditione & sanctimonia uitæ a-
pud Germanos insignis extitit. Itaq; subinde
cogitauit, quānam ratione Christi gloriam promo-
uere, atq; Euangelij doctrinam Barbaris inculcare
posset. Vnde anno trecentesimo sexagesimo quin-
to apud Gothos & confines nationes Germano-
rum ad Istrum habitantium ueræ religionis myste-
ria aperuit, atq; multos ad Christi cultum sua præ-
dicatione pertraxit. Verùm eo tempore Hartanari-
cus rex Gothorum in Christianos sæuijt, atq; pios
homines è Germania in Romanum solum extur-
bavit. Hac ratione etiam S. Nicetius iuxta Danubi-
um à Gothis captus fuit. Is cum ad idola duceret̃,

atq; ea adorare nollet, uiuus igne exustus est. Auent. lib. 2.